

firmitatem concessio, abutantur ad voluptatem, et ad ipsam incontinentiam. Remedium est : illo igitur utantur, ut remediis uti solent ; in necessitate, non sine quadam repugnantia, cum circumspectione et præcautione multa, moderatè, ad sanitatem. Sit intentio pura, modus honestus, usus moderatus. De his vide fusiùs Ephes. 5, in fine.

Ex v. 5, conjugati discant apostolicam praxim, et ad quam eos invitat Ecclesia. Contineant diebus Deo specialiter saceris, orationi, jejunio, penitentiæ, sacræ communioni, et mysteriorum participationi destinatis.

## CAPUT VIII.

1. De iis autem que idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus : scientia inflat, charitas verò ædificat.

2. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondùm cognovit quemadmodum oporteat eum scire.

3. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

4. De escis autem que idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, et quòd nullus est Deus, nisi unus.

5. Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cælo, sive in terrâ (si quidem sunt dii multi, et domini multi) ;

6. Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum ; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.

7. Sed non in omnibus est scientia : quidam autem cum scientiâ usque nunc idolis, quasi idolothytum manducant ; et conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur.

8. Esca autem nos non commendat Deo ; neque enim si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, deficiemus.

9. Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.

10. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam, in idolo recumbentem, nonne conscientia ejus, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta ?

11. Et peribit infirmus in tuâ scientiâ frater, propter quem Christus mortuus est ?

12. Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.

13. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

## ANALYSIS

Corinthii doctiores quidam idolothyta liberi, et cum infirmiorum scandalo comedebant ; illos D. Paulus tribus capitibus sequentiibus corrigat et instruit. Et quia scientiam sibi vendicabant, eaque freti, scandalizabant infirmos : hinc illorum arrogantiam mirâ prudentiâ comprimit, tribus primis versibus hujus capituli ; in quibus scientiam charitate destitutam, non tantum inutilem, sed et ipsi scienti, et aliis noxiam, esse docet.

Ex v. 10, discant conjugati, secundùm Christi Domini præceptum et exemplum, indissolubile esse conjugium. Caveant itaque ab omni divortio : caveant ne sint signa fallacia, et ideò Christi et Ecclesie opprobrium. Vide Epist. ad Ephes., cap. 5, in fine. Attendat omnis christianus ad v. 29, et si ibi dicta benè penetraverit, omnia transitoria faciliè contemnet. Attendant parentes ad dicta v. 56, circa filiarum suarum collocaionem, et ad dicta v. 57, circa earum consecrationem, ut hæc observent in utraq.

## CHAPITRE VIII.

1. Quant aux viandes qui ont été immolées aux idoles, nous n'ignorons pas que nous avons tous sur ce sujet assez de science ; mais la science enfle, et la charité édifie.

2. Si quelqu'un se persuade savoir quelque chose, il ne sait pas même encore de quelle manière il doit savoir.

3. Si quelqu'un aime Dieu, il est connu et aimé de Dieu.

4. Quant à ce qui est donc de manger des viandes immolées aux idoles, nous savons que les idoles ne sont rien dans le monde, et qu'il n'y a nul autre Dieu que le seul Dieu.

5. Car encore qu'il y en ait qui soient appelés dieux, soit dans le ciel, soit sur la terre ; et qu'ainsi il y ait plusieurs dieux et plusieurs seigneurs ;

6. Il n'y a néanmoins pour nous qu'un seul Dieu, qui est le Père, duquel toutes choses tirent leur être, et qui nous a faits pour lui ; et il n'y a qu'un seul Seigneur, qui est Jésus-Christ, par lequel toutes choses ont été faites, comme c'est aussi par lui que nous sommes tout ce que nous sommes.

7. Mais tous n'ont pas la science ; car il y en a encore à présent qui, croyant que l'idole est quelque chose, mangent des viandes qui lui ont été offertes ; et ainsi leur conscience, qui est faible, en est souillée.

8. La viande par elle-même ne nous rend pas agréables à Dieu ; si nous mangeons, nous n'en aurons rien davantage devant lui, ni rien de moins, si nous ne mangeons pas.

9. Mais prenez garde que cette liberté que vous avez ne soit aux faibles une occasion de chute.

10. Car si l'un d'eux en voit un de ceux qui sont plus savants, assis à table dans un lieu consacré aux idoles, ne sera-t-il pas porté, et lui qui est encore faible, à manger aussi de ces viandes sacrifiées aux idoles ?

11. Et vous perdrez, par votre science, votre frère encore faible, pour qui Jésus-Christ est mort.

12. Or, péchant de la sorte contre vos frères, et blessant leur conscience qui est faible, vous péchez contre Jésus-Christ même.

13. C'est pourquoy si ce que je mange scandalise mon frère, je ne mangerai plutôt jamais de chair, pour ne pas scandaliser mon frère.

Deinde de v. 4, 5 et 6, assumit principium, quo freti doctiores illi, libere et indifferenter idolothytis vescuntur ; scilicet, idolum nihil est, quia unus tantum Deus : idolothytis ergo nihil accidit ex eorum immolatione : ergo cibi sunt ab aliis non differentes. Hoc tandem verum concedit Apostolus : at non ideò comendat eam scandalum. Et enim ait v. 7 : Hanc scientiam non habent omnes : quippe sunt inter vos multi, recenter à paganis

simo conversi ; qui, antiquâ suâ de idolis et de idolothytis opinione nondùm planè rejectâ, vestro exemplo scandalizantur ; et ad idolothyta contra conscientiam comedenda provocantur. Hinc eos doctos v. 9 etiam atque etiam hortatur, ut à tali scandalo caveant. Re vobis quidem inutilis v. 8 ; tali enim contestione nec sanctiores eritis,

## PARAPHRASIS.

1. Quod spectat ad cibos immolatos, scimus, quòd nos omnes perfectiores, sufficientem habemus scientiam : at scientia sola inflat et reddit superbum ; charitas verò proximum ædificat.

2. Si quis autem putans se aliquid scire, hinc inflatur ; hic nondùm cognovit quomodo oporteat scire.

3. Si quis verò doctus Deum diligit, et ex amore Dei studet proximorum ædificationi ; hic à Deo cognitus, approbatus ac dilectus est.

4. Quod spectat igitur ad immolatos cibos ; scimus quòd nihil habeant sacri, quia scimus quòd idolum nihil est, et quòd unus tantum est Deus.

5. Licet enim sint qui dii dicuntur, sive in cælo, sive in terrâ ; siquidem in falsâ paganorum opinione multi sunt dii, et multi domini.

6. Nobis tamen fidelibus unus tantum est Deus : Pater æternus, ex quo omnia per creationem, et in se, seu propter quem, nos : et unus nobis est Dominus Jesus Christus, per quem omnia (creata) et per quem nos et creati et redempti.

7. Sed hæc scientia non est in omnibus : sunt enim aliqui, qui in suâ conscientia, quam ad hoc usque tempus de idolis habent, idolothytum tantum

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — DE IIS AUTEM QUE IDOLIS SACRIFICANTUR. Grecæ, de idolothytis, id est, de immolatis idolo et de idolothytis. Idolothyta ergo sunt panis, vinum, carnes, et alii cibi idolis immolati. Quod spectat ad cibos immolatos, scimus, id est, non ignoro ; de seipso loquitur in plurali, ut alibi sæpè. Vel doctiores alloquens, eos correcturus, illis sese adjungit, ut modestius arguat.

SCIMUS QUOD NOS OMNES PERFECTIORES, ET IN FIDE CHRISTIANA BENÈ INSTRUITI, SUFFICIENTEM SCIENTIAM HABEMUS. Ita Syr., Ethiop., Arab. Et hic est sensus litteralis, sed intentus hic est qui sequitur : Non ignoro quòd vos spiritualiores, sufficientem habeatis de idolothytis scientiam : scitis enim quòd ab aliis cibis non differant, ut v. 4 dicitur ; sicque necessarium non est, ut vos hæc de re doceam. Scientiam illis esse concedit : at quia abutentur illâ, statim adjungit : SCIENTIA INFLAT. Et hic incipit correctio ; eorumque

VERS. 1. — De iis autem, que idolis sacrificantur, scimus, quòd scilicet immolata idolis ab aliis cibis non differant, nec plus habeant numinis vel religionis, ut differant, nec plus habeant numinis vel religionis, ut differant, nec plus habeant numinis vel religionis. Vide quidam vestrum, 6 Corinthii, persuasi videntur. Vide Chrysost. Quia omnes (benè et planè in fide Christi instructi) scientiam (id est, sufficientem rerum christianarum cognitionem) habemus, ex qua scimus idolothyta esse anaphora.

nec abstinentiâ peiores ; re verò fratris vestri maxime perniciosa, cum de illorum agatur salute, v. 10.

§ 11 et 12, exaggerat hoc illorum peccatum : in Christum peccant.

§ 15. Asserit quòd ipse mallet carnem nunquam comedere, quàm illum è fratribus scandalizare.

immolatum et sacrum edunt ; cùmque infirma sit hæc eorum conscientia, contaminatur.

8. Aliunde verò hæc esca non facit Deo gratos : neque enim ex eâ manducantes fiamus Deo gratiores, novamque gratiam acquiremus : neque ab eâ abstinentes, habebimus minus quid virtutis et meriti.

9. Cavete igitur, ne hæc vestra edendi libertas fiat infirmis occasio lapsus et ruine.

10. Si quis enim infirmus viderit quem doctum in templo cum idololatriis epulantem ; nonne ejus conscientia, jam infirma, confirmabitur in errore suo ad comedendum idolothytum, ut idolothytum.

11. Sicque per tuam hujusmodi scientiam, quâ abuteris, peribit frater infirmus, propter quem salvandum, Christus mortuus est.

12. Et sic in fratres infirmos peccantes, infirmamque eorum conscientiam vestro imprudenti facto vulnerantes, in Christum ipsum, eorum caput, peccatis.

13. Quam ob rem, si esca fratrem meum scandalizat, eligam potius carnem quamcumque nunquam manducare, quàm fratrem, manducando, scandalizare.

animi tumorem, ex scientiâ conceptum, reprimit. Illos tamen modestè corrigat, loquens in genere, nec eos specificans, ut magis prosit correctio.

SCIENTIA, sola scilicet, et sine charitate, inflat, tumet, turget ; seu, ut ait Syrus, reddit arrogantes.

CHARITAS VERO ÆDIFICAT, id est, aliorum salutem studet, illam promovet ; dicitur videndum esse non tantum quod in se licitum est, sed quod aliis expedit.

Quasi diceret : Equidem scitis sufficienter : at quia charitas scientiæ vestræ non est adjuncta ; scitis inutiliter, imò nocivè et vobis et aliis. Vobis quidem, quia hæc scientia vestra vos inflat, arrogantes reddit et superbos ; aliis verò, scilicet infirmis, quibus vos, inflati scientiâ, quasi stupidis insultatis, et quas abusu scientiæ pertrahitis in peccatum, ut dicitur infra. Scientia inflans, scientia in peccatum trahens,

Scientia inflat, q. d. : Scientia hæc vestra quâ scitis idola nihil esse, et consequenter licitum idolothytis vesci, isque vescimini cum scandalo ignorantibus hoc : hæc, inquam, scientia facit vos superbiere contra ignorantes, eosque despiciere.

Charitas verò ædificat, scilicet infirmos et ignaros : ut eos in fide et pietate christianâ contincat et promoveat. Id enim est ædificare, proximos ad salutem pro-

scientia dæmonum est, non pastorum. Væ ergo tali scientiæ, quia diabolica. Væ taliter scienti; quia ipsa duplex portabit iudicium; et pro suis et pro alienis punietur delictis. Benè et congruè D. Thomas hic: *Ægyptiorum*, id est, sapientium hujus mundi, hæc fuit plaga, scilicet vesicæ turgentibus, de quibus Exod. 9. At speciatim doctoribus scientiæ turgentibus contineat, quod de maleficiis Ægyptiis dicitur ibidem v. 11: *Nec poterant malefici stare coram Moysè, propter ulcera, seu vesicas, quæ in illis erant.* Nec sibi, nec aliis proderant quæ vesicas. Sic doctor turgidus sibi et aliis inutilis, quin et noxius.

VERS. 2. — *SI QUIS AUTEM SE EXISTIMAT...* Græcè, non est se; sed subauditur. Si quis putans se aliquid scire, idè inflatur, et in suâ sibi scientiâ complacet; eamque ad aliorum salutem non refert; hic *NOXIAM* cognovit QUOMODO OPORTET SCIRE, scilicet cum humilitate et cum charitate. Illos rursus humiliat ut corrigat, sed semper in tertâ personâ loquens, ob rationem superius datam.

SI QUIS AUTEM... quasi diceret, etsi rem sciat, quoad substantiam; modum tamen benè sciendi necessis: siquæ imperfectam tantum scientiam habeatis.

#### Observatio moralis.

Quis autem sit bonus sciendi modus, seu quid sit scire quomodo oportet. Ex D. Pauli verbis superioribus colligi potest, scilicet, sine inflatione; seu cum humilitate; sine aliorum scandalo, seu cum edificatione. Itaque humilitas et charitas duo sunt modi benè sciendi. Ad habendum utrumque, recordare semper principii et finis scientiæ. Principium Deus, Pater lumen, à quo omne lumen. Hinc humilitas: *Quid habes quod non accepisti.* Finis, Dei gloria, salus proximi. Hinc charitatis exercitium: Non mihi propter me data est scientia, sed propter edificationem aliorum: *Luceat lux vestra coram hominibus.* De doctoribus dicendum quod de divitibus; sicut hi divitiarum non sunt domini, sed depositarii; ita docti, scientiæ non sunt proprietarii, sed depositarii; illis pro aliis data est, illam debent communicare ad aliorum edificationem, non illam appropriare sibi, aut ad aliorum scandalum uti.

D. Thomas ex D. Bernardo ait: Modus sciendi est, ut scias quo ordine, quo studio, quo fine, scire queque oportet. Quo ordine, ut id prius, quod maturius ad salutem; quo studio, ut id ardentius, quod efficacius est ad amorem; quo fine, ut non ad inanem gloriam, vel curiositatem, vel aliquid simile, sed ad edificationem tuam et proximi. Sunt namque, qui scire

movere, cui è contrario opponitur scandalum peccatum, quo proximus destruitur, hoc est, danno salutis afficitur.

VERS. 2. — *SI quis autem se existimat scire aliquid, etc.*, id est, qui putans se aliquid scire inde inflatur, hic needum scit quis sit finis, usus et modus scientiæ, videlicet, ut pro scientiam non superbas, prois quibus possis, nemini obis, neminem scandalizes: et sic à Deo agnoscaris et amaris.

VERS. 5. — *Si quis autem diligit Deum, et propter*

volunt eò sine tantum; ut sciant, et curiositas est; quidam ut scientiam vendant, et turpis quæstus est; quidam ut ædificant, et prudentia est; quidam ut ædificent, et charitas est; D. Bern., serm. 56. Bonæ autem scientiæ fructum discite ex versu sequenti.

VERS. 5. — *SI QUIS AUTEM DILIGIT...* Humiliat Paulus ut erigat; corrigit ut perficiat: hinc ut hos et omnes alios excitet ad benè sciendum, et scientiâ melius utendum, docet eos bonæ scientiæ fructum; scilicet, Deo gratum efficere. Quasi diceret: *Si quis, charitate junctâ scientiæ, DEUM et proximum diligit: ita ut scientiâ suâ ad Dei gloriam et proximi salutem utatur; hic Deo gratus, et in hoc complacet sibi Deus.* Quæ discriminem inter scientiam et scientiam! Si quis scientiam habet sine charitate, hic Deum novit quidem, sed à Deo ignotus est. *Namquam* novit vos, ait multis malis prophetis et doctoribus, Math. 7, v. 15. Si quis autem scientiam habet cum charitate, hic et Deum novit, et à Deo cognitus et dilectus est: in hoc complacet sibi Deus. Sicut in Verbo divino, Spiritus sancti comprincipio, complacet sibi Pater æternus. Sic à proportionem, in doctore, charitatis promotore, complacet sibi Deus. Tales igitur estote, doctores: charitatem scientiæ adjungite; et ex amore Dei proximum ædificate: *dedicatur vobis: Non novi vos, sed ut audiat: Venite, benedicti, dilecti, etc.*

VERS. 4. — *DE ESCIS AUTEM...* Superioribus, quasi per parenthesis, contra vanam scientiam dicitis, redit ad propositum, exponitque scientiam, de qua doctores illi gloriabantur, et quæ abutebantur cum infirmiorum scandalo. Quod spectat igitur ad immolatiois cibos;

Scimus, non vos soli scitis; scimus sicut et vos, hocque sciunt in fide benè instructi.

Scimus, scilicet quod ab aliis cibis non differant, nihil sacri aut religionis traxerint ex immolatione; quia *scimus quod idolum nihil est.* Quicquid sit quoad materiam, nihil est quoad formam, seu representationem; nihil numinis habet et representat; imago falsa, et rei falsæ est. Figura, seu idolum Jovis, ut Dei, v. g., nihil est, quia reverè Jupiter non est Deus: idolum ergo nihil est, non est quod representat, non est Deus. Scimus et quod *UNUS tantum Deus est, non verò plures dii:* hinc etiam *idolum nihil est;* non est Deus, quoniam idola multa: Deus autem unus. Ad vitandam hereticorum fraudem, qui imaginem cum idolo confundunt, ut ex Scripturis probent imagines veterari; nota quod ex divo Thomâ, hic, imago, seu simulacrum, est similitudo alienius rei naturalis. Ido-

Deum proximum: ut eum idolothorum esu, aliare non scandalizet, sed ædificet, *hic cognitus est ab eo,* id est, hic à Deo approbatus et dilectus est, in hujus scientiâ complacitum est Deo.

VERS. 4. — *De escis autem que idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, q. d.:* Non est id quod existimatur et quod representat, non est Deus. Unde explicans subdit: *Et quod nullus est Deus nisi unus, q. d.:* Idolum nihil est, id est, nihil tale est quale præ se fert, quia nihil habet numinis. Ma-

lum autem nullius rei similitudo. Vel idolum est similitudo rei falsæ, v. g., similitudo vel representatio Jovis ut Dei, qui non est Deus. Imago autem est rei veræ, quales sunt omnes imagines sacræ, de quibus vide Bellarminum, lib. 2 de Imaginibus, cap. 5.

VERS. 5. — *NAM ET SI SUNT QUI DICANTUR DII, scilicet à gentibus idololâtris, sive in cælo, astra, etc.; sive in terra, reges.*

SI QUIDEM APUD IPSOS SUNT DII MULTI, in falsâ illorum opinione, et DOMINI MULTI. Græci deos cælestes appellabant Jovem, Apollinem, Junonem, etc.; terreos, Herculem, Bacchum et Æsculapium, Nymphas, etc.; Theodoretus.

VERS. 6. — *UNUS TAMEN... fidelibus et rectè sententibus, unus tantum est Deus.*

PATER æternus, ex quo, tanquam primo principio, et omnis entis fonte, OMNIA per creationem;

ET NOS in illum, propter illum, ad illum gloriam et obsequium. Sicut nostrum est primum principium; et sic et noster ultimus finis est, ad quem, per fidem tendimus; nostrum est specialiter summum bonum.

ET UNUS DOMINUS JESUS CHRISTUS, PER QUEM, UT VERBUM, OMNIA creata; ET NOS PER IPSUM, UT DEUM hominem redempti. Sicut per ipsum, Deus mundum creavit; sic per ipsum, Deus mundum reparavit. Hinc duplici ratione ex Deo sumus per Filium; et quod cum non essemus, facti sumus; et quod redempti sumus, reparati et facti fideles, seu nova creatura. Fidem nostram hic non explicat Apostolus, sed eam summarè opponit infidelium erroribus: Apud infideles, inquit, multi sunt dii, et domini multi.

NOBIS ATTEM fidelibus est *unus tantum Deus, et unus tantum Dominus.* Nota autem cum S. Chrysostomo, Theodoro, et aliis Patribus, quod dii et domini; Deus et Dominus, hic æqualem vim habeant. Cum ergo dicit: *Unus est Deus, Pater, et unus Dominus Jesus Christus,* per primum non excludit Filium et Spiritum sanctum, sed tantum falsos deos. Per secundum non excludit Patrem et Spiritum sanctum, sed falsos dominos. Excludit solum deorum et dominorum apud nos multitudinem, ait D. Chrysostomus. Nominatur autem in primo Pater, quia fons est divinitatis, et esse divinum aliis communicat personis. Hinc *ex quo omnia,* non tantum que sunt ab eo diversa, sed et Filius, et Spiritus sanctus procedunt. Solus autem terrialiter est lignum, formaliter nihil: quia imago est falsa rei, sive dei qui non est: ac consequenter idolothum, quia tale, nihil est, id est, nihil habet numinis vel sanctitatis ex idolo, cui est oblatum.

VERS. 5, 6. — *Nam etsi sunt qui dicantur dii à paganis, et apud eos sunt dii et domini multi, ut sequitur, dii, inquam, tam cælestes, uti sol, luna, stellæ; quam terrestres, uti Jupiter, Apollo, Hercules;*

*Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum, in illius scilicet gloriam et cultum creati sumus.*

VERS. 7. — *Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum, scilicet creati et redempti sumus: sed non in omnibus est scientia, jam dicta, quod idolum et idolothum nihil sit. Nam, ut sequitur: Quidam autem cum conscientia idoli, ex errore*

Filius, Jesus Christus, dicitur Dominus, quia jure redemptionis nostræ, pretio sanguinis sui, noster Dominus est. Sed reipsa sicut Pater est Dominus; sicut et Spiritus sanctus est Dominus: ita Filius et Spiritus sanctus est Deus.

Nobis tamen *est unus Deus, et unus Dominus essentialiter.* Videatur D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, qui mirantur hic divi Pauli prudentiam, eò quod Corinthiorum infirmiorum, et recentior ab errore conversorum, imbecillitati parcat.

VERS. 7. — *SED NON IN OMNIBUS EST SCIENTIA.* Concedit Apostolus, hoc quidem esse verum; scilicet, quod idolum nihil, et quod idolothytis nil religionis ex immolatione adveniat; et consequenter citi sunt, ab aliis non differentes; hoc scimus, sicut et vos; hoc sciunt omnes spirituales et perfecti. Sed non idè licet vobis indifferenter et passim idolothytis vesci. Quia non est in omnibus hæc scientia, non sciunt omnes quod nos scimus, idolum nihil esse, et idolothytis nihil advenire.

QUIDAM ATTEM CUM CONSCIENTIA USQUE NUNC... id est, sunt enim hominuli, qui cum opinione, quam usque nunc conservant de idolo, nimirum quod aliquid numinis, seu vim aliquam habet: et cum hæc opinione et conscientia, idolothytum ut idolothytum, seu ut quid sacrum comedunt; scilicet eadem conscientia quæ gentes.

ET CONSCIENTIA IPSORUM CUM SIT INFIRMA, id est, et quia infirma est et erronea eorum conscientia; hoc errore suo sollicitur per idolothytorum comestione.

VERS. 8. — *ESCA AUTEM NOS NON COMMENDAT DEO...* Aliunde verò hæc esca nos Deo gratos non facit; nihil facit ad pietatem, quæ Deo placeamus: neque enim ex eâ manducantes, semus apud Deum meliores, sed gratiam acquiremus: neque ab eâ abstinentes, minus quid habebimus virtutis et meriti; non DEFICIMUS. Ut quid ergo appetitis illam, vobis quidem invidem; fratribus verò infirmis nocivam. Nota quod Paulus agit de esâ idolothytorum, et de hæc abstinentia: non autem de abstinentiâ, quæ fit per penitentiam; siquæ nihil hinc contra Ecclesiæ doctrinam et praxim de jejuniis. Non virtus esca; sed virtus abstinentiæ prodest, ait divus Thomas; id est, temperantia, obedientia, religio.

conscientiâ putans quod idolum habeat aliquid divinitatis, quasi idolothytum manducant, id est, cum reverentia quasi venerandum, quod numini in idolo latentis sit oblatum et sacrificatum. Ita Anselmus.

*Et conscientia ipsorum, cum sit infirma, non placet in fide instructa circa idolothytia, pollutur, quia contra conscientiam, aliorum exemplo manducant idolothytia.* Ita Chrysostomus.

VERS. 8. — *Esca autem nos non commendat Deo. Q. d.:* Idolothytorum, vel aliorum ciborum esus per se nihil facit ad pietatem, quæ Deo placeat: neque enim si manducaverimus (idolothytia) abundabimus, scilicet virtute, merito et gratiâ, quæ nos commendat apud Deum. Ostendit quam esca sint res viles et exiles, ideoque omittendæ ob scandalum, et postponendæ edificationi proximorum. Ita Anselm.

VERS. 9. — **VIDETE AUTEM NE FORTE HÆC...** Itaque cave, ne hæc vestra libertas indifferenter ex eis comedendi, sit infirmis occasio lapsus et ruinæ. Non negat, imò concedit licitum esse comedere: sed videte ne vestro jure et libertate abutimini.

VERS. 10. — **SI ENIM QUIS VIDERIT EUM...** Explicat quod in superiori versu dixit, *si enim quis infirmus, recens à paganismo ad Christum conversus* (quales tunc multi), *viderit eum; Græc., habentem scientiam*, id est, qui scit idolothytum non esse sacrum. Si, inquam, viderit hunc doctum in templo, vel in mensâ, idolo consecratâ, cum idololatris epulantem et de idolothytis comedentem. Mos gentiliû, sicut et Judæorum, erat victimas, utpote sacras, in templo vel in loco templa vicino comedere.

NONNE CONSCIENTIA EIS, infirmi scilicet, hoc tuo exemplo provocabitur ad comedendum idolothytum, hocque contra conscientiam, quæ dicit illi hoc non licere. Supponitur erronea, ut dictum est. Hoc factum gravius culpabit capite decimo, v. 20, 21, mensam appellans dæmoniorum.

**ÆDIFICABITUR AD MANDUCANDUM. SYR., confirmabitur.** Theophylactus, magis stabiliter, intellige, in errore suo, se ad comedendum idolothytum, ut idolothytum, supra. Hinc discit quod scandalum sit inordinata constructio; seu, ut ait Tertullianus, scandalum, non bonæ rei, sed male exemplum est, ædificans ad delictum, lib. de ver. virg., cap. 3.

VERS. 11. — **ET PERIBIT INFIRMUS IN TUA SCIENTIA...** Sique per tuam injusmodi scientiam, quæ contra charitatem abuteris, *peribit frater infirmus*, peccans scilicet et Deum offendens; *propter quem Christus Dominus mortuus est*, ut illum à peccatis erueret. Peribit etiam, quia tuo exemplo scandalizatus, in persecutionis tempore sacrificabit idolis; sique per tuam scientiam excidit à salute is pro quo salvando Christus mortuus est.

**Neque, si non manducaverimus, deficiemus.** Sic vulgò dicimus: Sive ad convivium hoc vocer, sive non, non idèo saturabor vel esuriam, non idèo pinguior ero vel macrior, ditior vel pauperior.

VERS. 9, 10. — **Videte autem ne forte hæc licentia vestra** (comedendi idolothytis) **offendiculum fiat infirmis...** *Si enim quis viderit eum qui habet scientiam* (idolothytum nihil esse) *in idolo recumbentem*, etc. *In idolo*, id est, inquit Erasmus, in epulo idolorum. Secundo, propriè *in idolo*, id est, in templo, vel mensâ idolis consecratâ. Nam ibi accumbent comesturi idolothytis: tales enim epulas, utpote sacras, in templo instrui solere docet Herodotus in Clio. Sic enim et Judei victimas pacificas comedeant in atrio templi. Deuter. 16. Hinc Syrus hic vertit: *Si quis te viderit accumbentem inter idola*. Unde patet, idolothytis edere in idolo, non tantum esse malum propter scandalum, sed etiam per se, quia est professio idololatricæ. Nota *ædificabitur*, id est, provocabitur, erigetur, ut comedit idolothytis, quasi sacra, et quasi quid gratie inde acciperetur. Alii *ædificabitur*, inquam, id est, provocabitur, ut contra conscientiam, quæ putat cibum idolo oblatum ab eo esse attatum et contaminatum, indeque se contaminandum, eum manducet.

VERS. 11. — **Et peribit infirmus in tua scientiâ frater**, etc.: Et peccabit frater infirmus comedendo idola-

VERS. 12. — **SIC AUTEM PECCANTES IN FRATRES...** scilicet infirmos, quos scandalizatis, et quodam modo vulneratis vestro imprudenti facto, *in Christum ipsum peccatis*; tum quia quem redemit Christus, vos perdidistis; sique mortis ejus fructum destruitis; tum quia Christus, omnium fidelium caput, arrogat sibi factum quiddam uni ex minimis fratribus fit: quia ejus membra; Matth. 45, 40. Sunt itaque quatuor crimina, eaque maxima, ait D. Chrysostomus, quod et frater et infirmus, et cujus Christus tantam habuit rationem, ut etiam pro eo sit mortuus; et quod propter cibum perit. Exaggerat etiam verbum *PERCUTIENTES*, seu verberantes, et *INFIRMOS*. Quid sævius quam infirmum et ægrotantem verberare? est tamen quovis vulnere gravius scandalizare, seu offensionem dare. Vide D. Chrysostomum. Percutis infirmum, inhumanitas est; percutis Christum, impietas est; destruis quod ipse proprio ædificavit sanguine, occidis quod suâ morte vivificavit, immanitas est; Pater Georgius Ambianus.

VERS. 13. — **QUA PROPTER SI ESCA...** Quam ob rem, ne sic in Christum, et in fratres peccem, eligam peccatis totâ vitâ ab omnibus prorsus, etiam licitis carnibus abstinere, quam ut scandalum quoquo modo cuiquam objiciam. In tantum charitatis studendum docet, ut licita pro illicitis habeantur, ne obsint fratri, ait Ambrosius. Hæc opportunè nobis dici possunt, qui salutem proximi despiciamus, et illa satanica verba dicimus: Quid curo an iste offendatur, an ille pereat? Est illud crudelitatis et inhumanitatis. Divus Chrysostomus, qui hæc moralitatem egregiè prosequitur in eos qui fratres suos despiciunt, ob conditionum vilitatem. Quò quis Christo et apostolis similior, eum magis christianus est, et frater noster est: tales autem sunt conditione humiles et pauperes. Vide hic D. Chrysostomum. Nota quòd Apostolus hæc de idolothytis questionem non absolvit, sed illam perficit cap. 10, v. 20, 21, etc.

lothytum, quò putat edentem conquinari, proindeque rem illicitam fecere: et peccando peribit, per tuam scientiam, quæ, dum tum malè uteris, præstas illi peccandi occasionem: eumque perdis quem Christus in tantum dilexit, ut pro ejus salute mortem oppetere non dubitavit.

VERS. 12. — **Sic autem peccantes in fratres, et percutientes** (scandalizantes et per scandalum vulnerantes) **conscientiam eorum infirmam**, etc. Christus enim sibi factum arrogat, quod uni ex minimis factum fuerit, Matth. 25. Rursum qui scandalizant proximum, in Christum peccant, quia Christi fabricam, puta proximorum probitatem et salutem, quam Christus suo sanguine construxit, malo suo exemplo destruant et evertunt.

VERS. 13. — **Quapropter si esca scandalizat fratrem meum**, etc. Verbum *scandalizare*, pro eo quod est offendiculum esse, et peccandi occasionem præbere. *Hoc magistri*, inquit Chrysostomus, *optimè est officium, suo exemplo docere quæ præcipiunt*. S. Basilus, in Regulis brevioribus, reg. 64, ait, *quòd scandalum esse majus, quò is qui illud dat majori scientiâ antè gradum præditus est*, additque quòd Deus de manu ejus sanguinem peccantium, qui illis malum exemplum sequuntur, requirit et reposit.

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.*

Ex primis versibus tria nota circa scientiam. Primum quòd scientia sola, seu sine charitate, inflat: et idèo inutilis, imò nociva scienti et aliis. Scientia dæmonium est, trahens ad peccatum. Tales docti similes sunt Ægyptiorum sapientibus, qui ob vesicas, nec sibi, nec aliis proderant. Vide v. 1. Secundum, quòd è contra scientia cum charitate, et scienti et aliis utilissima; in tali doctore, alios ad amorem Dei promovente, Deus sibi complacet, sicut in Verbo divino, Spiritus sancti compingit. Vide v. 2. Tertium, quis

sit bonus sciendi modus, scilicet cum humilitate et charitate; vide v. 2; et ad utramque conducentia; ibidem vide.

Ex versibus 11 et 12, nota quàm grave sit infirmorum scandalum, et quòd offensum Christi, et idèo quanto studio vitandum.

Ex v. 13, quòd nullus sit despicienda salutis, ob conditionis vilitatem. Quò quis pauperior, et conditione vilior, èd est Christo et apostolis similior: ergo èd magis christianus, nosterque in Christo frater.

## CAPUT IX.

1. Non sum liber? non sum apostolus? Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? nonne opus meum vos estis in Domino?

2. Et si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum; nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino.

3. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est:

4. Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi.

5. Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et ceteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas?

6. Aut ego solus et Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi?

7. Quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam, et de fructu ejus non edît? quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat?

8. Numquid secundum hominem hæc dico? et an lex hæc non dicit?

9. Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est Deo?

10. An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quantum debet in spe, qui arat, arare, et qui triturat, in spe fructus percipiendi.

11. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?

12. Si alii potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? sed non usi sumus hæc potestate; sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.

13. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sumi, edunt, et qui altari deserviunt, cum altari participant?

14. Ita et Dominus ordinavit iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.

15. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi hæc ut merita fiant in bonum; est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.

16. Nam si evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: vobis enim mihi est si non evangelizavero!

17. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

18. Quæ est ergo merces mea? Ut Evangelium præ-

## CHAPITRE IX.

1. Ne suis pas libre? ne suis-je pas apôtre? N'ai-je pas vu Jésus-Christ notre Seigneur? N'êtes-vous pas vous-même mon ouvrage en notre Seigneur?

2. Et quand je ne serais pas apôtre à l'égard des autres, je le suis au moins à votre égard; car vous êtes le sceau de mon apostolat en votre Seigneur.

3. Voici ma défense contre ceux qui m'interrogent sur ma mission:

4. N'avons-nous pas le pouvoir de manger et de boire?

5. N'avons-nous pas le pouvoir de mener partout avec nous une femme sœur, comme font les autres apôtres, les frères de notre Seigneur, et Céphas?

6. Serions-nous donc seuls, Barnabé et moi, qui n'aurions pas le pouvoir d'en user de la sorte?

7. Qui est-ce qui va jamais à la guerre à ses dépens? qui est-ce qui plante une vigne, et n'en mange point du fruit? ou qui est le pasteur d'un troupeau, qui ne mange point du lait du troupeau?

8. Ce qui se dit ici n'est il que selon l'homme? Et la loi ne le dit-elle pas elle-même?

9. Car il est écrit dans la loi de Moïse: Vous ne tiendrez point la bouche liée au bœuf qui foule les grains. Or Dieu se met-il en peine de ce qui regarde les bœufs.

10. Et n'est-ce pas plutôt pour nous-mêmes qu'il a fait cette ordonnance? Oui, sans doute, c'est pour nous que cela a été écrit: en effet celui qui laboure doit labourer avec l'espérance de recueillir, et celui qui bat le grain doit espérer d'y avoir part.

11. Si nous avons semé en vous des biens spirituels, est-ce une grande chose que nous recueillions de vos biens temporels?

12. Si d'autres usent de ce pouvoir à votre égard, pourquoi n'en usersons-nous pas plutôt qu'eux? Mais nous n'avons point usé de ce pouvoir; et nous souffrons au contraire toutes sortes d'incommodités, pour n'apporter aucun obstacle à l'Évangile de Jésus-Christ.

13. Ne s'avez-vous pas que les ministres du temple mangent de ce qui est offert dans le temple, et que ceux qui servent à l'autel ont part aux oblations de l'autel?

14. Ainsi le Seigneur a aussi ordonné à ceux qui annoncent l'Évangile de vivre de l'Évangile.

15. Pour moi néanmoins, je n'ai usé d'aucun de ces droits; et encore maintenant je ne vous éris point ceci, afin qu'en en usant ainsi envers moi, puisque j'aîmerais mieux mourir que de souffrir que quelqu'un me fit perdre cette gloire.

16. Car si je prêche l'Évangile, ce ne m'est point un sujet de gloire, puisque je suis obligé nécessairement à ce ministère; et malheur à moi si je ne prêche pas l'Évangile!

17. Si je le prêche de bon cœur, j'en aurai la récompense; mais si je ne le fais qu'à regret, je dispense seulement de ce qui m'a été confié.

18. Quelle est donc ma récompense? En prêchant

dicans, sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate meâ in Evangelio.

19. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem.

20. Et factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer;

21. Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege), ut eos qui sub lege erant lucrifacerem. Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi), ut lucrifacerem eos qui sine lege erant.

22. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.

23. Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.

24. Nescitis quod ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis.

25. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere; et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam.

26. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aërem verberans;

27. Sed castigo corpus meum, et in servitum redigo, ne fortè, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.

## ANALYSIS.

*Quibusdam à se factis, et quidem omni carnis abstinentiâ multo difficilioribus, confirmat quod docuit in capite præcedenti, omnino vitanda esse scandala, et quod ultimo versu dixit: Si esca, etc.*

*Primum Apostoli factum. Apostolos Corinthiorum cum sit, et idè vitæ necessaria jure potuerit ab eis exigere, maluit omnia vitæ incommoda pati, quàm hoc uti jure, ne officiculum daret Evangelia apud eos. Secundum factum. Liber cum sit, et sui juris, servus omnium spontè factus est, ut omnes Christo lucrifaceret. Concludendum eis relinquit, quod si Paulus tanta passus est et fecit pro vitando infirmorum scandalo, et pro omnium salute procurandâ, quidni et ipsi aliquid, easdem ob causas, patientur et faciant?*

*Itaque primis tribus versibus suum apud eos apostolatum breviter stabilii.*

§ 4. Duo apostolatûs jura, non minus sibi, quàm aliis apostolis debita, expouit. Jus alimentum ab ipsis exigendi, probat variis argumentis à v. 7 ad v. 14.

§ 15. Hoc jure non est usus, nec vult uti, ne, ut

1. An non ego liber sum? An non ego sum apostolus? (Quid mihi deest ad apostolatûm?) Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi, et ab eo missus sum? Nonne per Evangelium in Christo vos genui?

2. Et sanè, licèt aliis non essem apostolus, sum tamen et quidem indubitatus vester apostolus: quia vosipsi, vestraque conversio certum et authenticum estis apostolatûs mei testimonium.

5. Et consequenter apologia, et defensio mea apud

de telle sorte l'Évangile, que je le prêche gratuitement, afin de ne jamais abuser du pouvoir que j'ai dans la prédication de l'Évangile.

19. Car étant libre à l'égard de tous, je me suis rendu serviteur de tous, pour gagner à Dieu plus de personnes.

20. Et j'ai vécu avec les Juifs comme Juif, pour gagner les Juifs;

21. Avec ceux qui sont sous la loi comme si j'eusse encore été sous la loi, quoique je n'y fusse pas assujéti, pour gagner ceux qui sont sous la loi; avec ceux qui n'avaient point de loi, comme si je n'en eusse point eu moi-même (quoique j'en eusse une à l'égard de Dieu, ayant celle de Jésus-Christ), pour gagner ceux qui étaient sans loi.

22. Je me suis rendu faible avec les faibles, pour gagner les faibles: je me suis fait tout à tous, pour les sauver tous.

23. Or, je fais toutes choses pour l'Évangile, afin d'en être participant.

24. Ne savez-vous pas que, quand on court dans la carrière, tous courent, mais un seul remporte le prix? Courez donc de telle sorte que vous remportiez le prix.

25. Or, tous les athlètes gardent en toutes choses une exacte tempérance, et dépendant ce n'est que pour gagner une couronne corruptible, à lui que nous en attendons une incorruptible.

26. Pour moi je cours, et je ne cours pas à hasard. Je combats, et je ne donne pas des coups en l'air.

27. Mais je traite rudement mon corps, et je le réduis en servitude, pour ne pas, comme qu'ayant prêché aux autres, je ne sois reproché moi-même.

## ANALYSIS.

*dixit v. 12, officiculum det Evangelio. Tacitè, sed efficaciter hoc dicit Corinthiis: Hinc discite, saltem à re vobis inutili, scilicet ab idololatriâ abstinere, ne scandalizetis infirmos.*

§ 19. Liber cùm sit, omnium servus factus est. V. 20, 21, 22, varios assignat servitutis suæ modos.

§ 23. Id facit propter Evangelium, et ut præmiû ab eo promissi sit particeps. Hoc efficaciter dicit Corinthiis: Et vos, eandem ob causam, studete omni modo proximi salutem procurare, et vestram operari: et ut ad hoc eos efficacius excitet, suæ charitatis exemplo adjungit similitudinem maximè appositam et congruentem.

V. 24. Vita christiana stadium est, in quo currinus quidem omnes: non tamen omnes, sed qui legitime currunt, coronam reportant: ergo sic currite, ut apprehendatis eam.

§ 25. Docet modum coronam reportandi per abstinentiam, per laborem, per vim sibi faciendam, debique se proponit exemplum, et exemplo suo docet modum bene currendi, et pugnandi

## PARAPHRASIS.

eos, qui de apostolatu meo dubitantes, de eo me interrogant.

4. (Cum ergo vester sim apostolus) numquid jus consequenter habeo cibum, potum, aliaque necessaria à vobis exigendi?

5. Nonne et jus habeo, quod habent alii apostoli et cognati Domini, et quo utitur ipse Petrus, scilicet aliquam matronam christianam nobiscum duendi,

quæ ut soror nobiscum vivens, de nobis prædicantibus curet?

6. Aut fortè solus ego et Barnabas hoc jus (ex Evangelio vivendi, et piam mulierem nobiscum duendi) non habemus?

7. Quis miles stipendiis à duce, qui militat, accipis non vivat? Quis vinitor de vinea suæ fructibus non comedit? Quis pastor de sui gregis lacte non pascatur?

8. Numquid ad probandum quod dico, humana tantum mihi suppetunt argumenta? Nonne et lex divina hoc etiam dicit?

9. Scriptum est in lege, Deuter. 25: Non occludes capistro so bovis triturantis: unde sic ratiocinor: An in hæc lege ferendâ, Deo præcipua cura est de bobus?

10. An verò debemus existimare quod propter nos præcipuè hanc legem tulerit? Ita sanè propter nos (apostolos, aliosque Dei ministros in aræ suâ triturantes) hoc scriptum est. Quandoquidem qui arat, cum spe messis participandæ arat; et qui triturat, cum spe participandæ trituræ triturat:

11. Magnissime erit, si nos, qui spiritualia vobis seminavimus, carnalia metamus?

12. Si alii hoc in vos jure utuntur, quantò magis nos (apostoli, et patres vestri, possumus nî)? Sed nos hæc potestate non usi sumus: imò omnia inde emergentia incommoda perferimus, ne quod demus, hæc libertate nostrâ, impedimentum Evangelio apud vos promovendo.

13. Nescitis quod qui in templo, sacra ministeria obeuntes, operantur; de templi oblationibus comedunt; et qui altari deserviunt, suas ex oblati victimis partes accipiunt.

14. Hoc idem jus Christus dedit apostolis, et divini verbi ministris; ut scilicet Evangelium prædicantes, vivant de Evangelio.

15. Licèt autem tot sint argumenta, hoc jus mihi concedenda; nullo tamen persuasus sum, ut hæc uterer potestate: et ne putetis quod hæc idè scribam, ut deinceps necessaria mihi suppetantur; nec usus sum, nec in futuro uli volo hoc jure: ego fame perire malim, quàm ut quis inanem et vacuam reddat gloriam meam.

16. Quæ est illa gloria mea? An Evangelii prædicatio? non: quia quoad rem mihi necessaria est, ob præceptum Domini: ita ut maledictionem Dei incurram, si non prædicavero. (Solum mihi restat optio circa modum prædicandi.)

17. Si enim voluntarius et gratis prædico, singularem habeo mercedem et gloriam: si verò reluctans, et non gratis, tantò mihi pejus; illâ singulari gloria

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — Non sum liber? non sum apostolus? Græcè, inverso ordine, non sum apostolus? Non sum liber? et ita divus Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus; Syrus tamen legit sicut interpret noster.

VERS. 4. — Non sum liber? non sum apostolus? Dixerat Paulus in fine capituli præcedentis omnino ca-

rebo: prædicandum mihi tamen est, quia verbi prædicandi dispensatio mihi commissâ est et injuncta.

18. Quæ est ergo mea singularis gloria? Si sine impensâ et gratis Evangelium prædicem; si in Evangelio prædicando non utar potestate meâ, scilicet exigendi necessaria.

19. Nam cum ab omnibus essem liber, et mei juris; spontè omnium me servum feci, ut eò plures lucrifacerem.

20. Cum Judæis religione, seu judaizantibus, factus sum tanquam judaizans, ut judaizantes Christo lucrarer.

21. Iis qui sub lege Mosaicâ sunt, sive Judæis, sive proselytis, legem servantibus, similem me exhibui, legem observans (licèt scirem eâ me non adstringi), ut eos lucrifacerem. Iis qui legem Mosaicam non habent, et non servant, id est, gentilibus, factus sum quasi legem non habens (licèt coram Deo sine lege non sim, quippe qui Christi legem servo), ut gentiles lucrarer.

22. Factus sum infirmis velut infirmus, ut eos lucrifacerem Christo. Uno verbo, omnibus omnia factus sum, ut omnes salvos facerem.

23. Hæc autem omnia feci, et facio propter Evangelium facilitis promovendum, et ut præmiû in Evangelio promissi comparticeps efficiar, scilicet, cum aliis fidelibus.

24. (Ut autem et vos faciatis idem) cogitate quod sicut ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed non omnes bravium reportant, sed illi soli qui cursum legitime perficiunt: ita nos currinus quidem omnes, sed non omnes Evangelii præmiû accipiunt: sic ergo vos in Evangelii stadio currite, ut apprehendatis palmam.

25. Cogitate et quomodò omnis, qui cursu, vel licèt certat, abstinet ab omnibus, vires, vel velocitatem corporis impediens: et illi quidem, ut coronam brevi perituram accipiant; quidni et nos christiani, à multis abstinemus, quancum licitis, ut æternam coronam obtineamus?

26. Ego igitur in evangelico stadio sicut stadiodromus rectâ curro, totoque nisu tendo ad destinatam metam, ut palmam apprehendam: sicut pugil in Evangelii palæstrâ pugno, non inaniter aërem verberans:

27. Sed certis et destinatis ictibus corpus meum, spiritus mei adversarium, obtundo; victimque ac edomitum, ago ut servum, mihi que teneo subiectum: ne fortè, cum aliis prædicaverim, viamque salutis ostenderit, ipse salute indignus inveniar, et à Deo tanquam reprobus ejiciar.

versu dixit: Si *scia*, etc.; sic exorditur: An non ego sum apostolus? An non ego sum liber? Quibus interrogacionibus assertit se liberum esse et apostolum. Quod Paulus liber esset, id est, nulli mancipatus, hoc nullus unquam negavit, ideo probatione non indiget. Quod verò sit apostolus, quidam malevoli, et pseudoapostoli negarunt: hinc contra eos breviter, sed efficaciter apostolatam suam probat, dicens: NONNE CHRISTUM JESUM DOMINUM NOSTRUM VIDI, Act. 9, v. 5. Quasi diceret: Quid mihi deest ad apostolatam? Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi? non mortalem quidem, sed gloriosum, et in cœlis regnantem: nonne ab eo missus sum ad evangelizandum? Vide Act. 16, v. 15. Quod si hæc non sufficiant, sed ex opere vultis apostolatam meam dignoscere:

NONNE OPUS MEUM VOS ESTIS IN DOMINO? Nonne per prædicationem, ad fidem Domini vos converti? nonne per Evangelium in Christo vos genui?

VERS. 2. — ET SI ALIIS NON SUM APOSTOLUS... Licet ergo aliis non essem apostolus, sanè sum indubitatus apostolus vester.

NAM SIGNACULUM APOSTOLATUS MEI... id est, vos ipsi signaculum estis apostolatæ meæ, quia apostolatæ meæ in vobis sigillatæ est. Fides Christi, quam, me prædicante, recepistis; signa et prodigia, quæ in fidei confirmationem, apud vos perpetravi; Spiritus sancti charismata, quæ ad hoc usque tempus apud vos emicant, sigilla sunt apostolatæ meæ, et mea apud eos, qui me apostolum esse negarent, apologia et defensio. *Scepticæ*, sigillum, sigillum, demonstratio, ait divus Chrysostomus, seu certum veritatis signum. Per tria hæc signaculum estis, etc.; quasi diceret: Sicut per sigillum litteris appositum, constat eas esse veras, sinceræ, authenticæ, seu instrumentum authenticum; sic per signa et prodigia, quibus vestram conversionem operatus sum, et confirmavi; patet omnibus, et constat me verum esse Christi apostolum. Conversio ergo vestra certum et authenticum est apostolatæ meæ testimonium, et evidens argumentum. Vos ipsi sic sigillati, quasi patentes estis meæ missionis litteræ, et consequenter mea defensio, etc.

VERS. 3. — MEA DEFENSIO... Græc., mea apologia

dalum quam ad dandum raræ virtutis exemplum, jure suo, tot nominibus sibi debito, cesserit, nolens recipere stipendium prædicationis suæ, sed proprio labore victum sibi parans: ut Corinthi suo jure decedant, ac præsertim non vesanatur idololatriis, in gratiam proximorum, etc.

Non sum liber? Non sum apostolus? Q. d.: Nonne mei juris sum, ut tanquam Christi apostolus sumptus et alimoniam à vobis exigere et accipere possim? Hoc tamen non facio, ut ostendam quanti sit faciendi proximi salutis, et consequenter quam vos scandala idololatriæ, et alia gravis vitare debeatis. Ita Chrysost.

Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? Q. d.: Hinc patet me esse apostolum, quia Christum vidi, et ab eo ad evangelizandum missus sum, Act. 9 et 22.

Nonne opus meum vos estis in Domino? id est, in fide ac religione Christi, quia ego per Evangelium in Christo vos genui; vestra Ecclesia à me edificata est, vos estis mea structura.

VERS. 2. — Et si aliis non sum apostolus, sed tamen

me inquirentibus, id est, si qui vel dubitantes, vel negantes, vel de meo apostolatu volentes fieri certiores, me de eo interrogent, et examinent; vos estis mea defensio, mea apologia; vos eis produco, quasi certum et patens apostolatæ meæ argumentum: quia, ut dixi, vos estis quasi patentes, authenticæ, et ideo munite, missionis et commissionis meæ litteræ. Idem ferè dicit secundæ Cor., cap. 12, v. 12. Itaque et vobismetipsis, et aliis testimonium estis authenticum et demonstratio apostolatæ meæ: indubitatus ergo sum apostolus, et apostolus vester. Hoc stabilio, et efficaciter probato, illis exponit apostolatæ sui jura, et privilegia duo.

VERS. 4. — NEMQUID NON HABEMUS POTESTATEM... Primum jus vite necessaria exigendi ab eis quibus evangelizatur. Quandoquidem vester sum apostolus, vosque opus meum in Domino: jus consequenter habeo à vobis cibum, potum, aliaque necessaria petendi.

Nota moralis.

Hoc jus commune est omnibus Ecclesiæ ministris: sed duo notent. Primum, quod Apostolus jus suum fundit in labore, *opus meum estis*. Secundum, quod Apostolus indicet jus necessaria exigendi. Labor apostoli; jus apostoli seu ex labore, et opere, jus edendi. Laboranti debetur alimentum; hoc jus est commune omnibus in Ecclesiâ laborantibus: et id probant omnes, que sequuntur, rationes. Sed non laborantibus, otiosis, nihil faciuntibus, quodnam jus? Sed malè agentibus, destruentibus, et scandalizantibus, quod et quale jus? Heu quot in Ecclesiâ fures domestici, et iniqui Ecclesiæ bonorum prædones! Laboranti debetur cibum, potus, vite necessaria; hoc jus commune est omnibus Ecclesiæ ministris laborantibus. Sed si necessariis non contenti, superflua querant; si avari congregent divitias; si vani in vanis et luxuosis; si voluptuarii in deliciis et voluptatibus Ecclesiæ bona consumant, quodnam illis jus faciendi, quod ex se malum est, et omni jure, etiam secularibus, prohibitum? Heu! quantum, et quale vobis, talibus Ecclesiæ ministris dicit Christus, qui profanis etiam dixit: *Vae vobis divitibus! vae vobis qui ridetis!*...

vobis sum. Ac si dicat: Esto non sim aliis apostolus, ad sanè negari non potest vestrum apostolum me esse.

Nam signaculum apostolatæ meæ vos estis in Domino, Græcè, sigillum, quod haberi solet apud homines certum signum veritatis. Testimonium apostolatæ meæ extat in vobis, scilicet in evangelizando, in eisdem miraculis, in labore et periculis, quæ vel suscepti, vel facti apud vos ad vestram conversionem: quibus quasi sigillis divinis consignavi, confirmavi et corroboravi apostolatam meam.

VERS. 5. — MEA DEFENSIO APUD EOS QUI ME INTERROGANT (qui inquirunt de meâ vocatione et apostolatu) hæc est, que extat in vobis, ut dixi. Ita Anselmus.

VERS. 4. — NEMQUID NON HABEMUS POTESTATEM MANDUCANDI ET BIBENDI? Scilicet de sumptibus vestris. Q. d.: Hec est gloria et defensio mea, et mei apostolatæ, quod nullo pretio, ut pseudoapostoli; imò nec ullo sumpto accepto, ut apostoli alii, sed gratis evangelizem; cùm tamen ad sumptum hunc jus ac potestatem habeam, sequè ac alii.

VERS. 5. — NEMQUID NON HABEMUS... Alterum jus, seu privilegium, quo ceteri apostoli, etiam D. Petrus utebatur; imò et quo Christus ipse usus fuerat. Luc. 8, v. 3. Vester apostolus cùm sim, jus et potestatem consequenter habeo, quod habent alii apostoli, et fratres, seu cognati Domini, Joannes, Jacobus, Judas et Simon, et quo ipse apostolorum princeps, Petrus, utitur: Scilicet matronam aliquam christianam nobiscum ducendi, que, ut soror, nobiscum vivens, curet de nobis, suisque facultatibus necessaria nobis prædicantibus subministrat; ita sancti Patres Græci et Latini. Equidem hoc loco novantes, contra venerandam sanctorum Patrum auctoritatem, abusi sunt; nomenque *pueræ*, quod significat mulierem in genere, uxorem interpretati sunt; ut plebi persuaderent apostolos et Paulum fuisse conjugatos, et eorum exemplo sacrilegis suis patrocinarentur conjugis. Sed Tertullianus, lib. de Monog., c. 8; D. Hieronymus, epist. 22, et alii, quos videre est apud Bellarminum, de Cælib. sacerdot., docent expressè nullos apostolorum, præter unum Petrum, habuisse uxorem, idque ante conversionem. Quod verò D. Paulus semper cæcels fuerit, constat ex ipsiusmet verbis hujus Epist., c. 7, v. 7 et 8. Hæretici num citant sanctum Clementem Alexandrinum: sed quid unus contra omnes alios, qui negant absolutè. Præterea Clemens hæreticorum causæ non favet, sed potius officit, quia addit Paulum, etsi uxorem habuerit ante conversionem, non amplius post conversionem habuisse, ut uxorem. Citant et epistolam D. Ignatii ad Philadelphios: sed Baron., an. 57, probat nomen divi Pauli huic exemplari insertum esse à Græcis clericis recentioribus. Vide Tirinum. Itaque per *ἀδελφῆν πueræ*, intellige, christianam mulierem; sicut alibi per *ἀδελφοὶ ἀδελφοί*, intelligitur viri fratres, non verò mariti.

VERS. 6. — AUT EGO SOLUS ET BARNABAS... Quasi diceret: Quare solus Barnabas et ego, qui eundem cum illis apostolatam gerimus, eandem non haberemus potestatem, idemque jus, edendi scilicet, seu vivendi ex Evangelio, et mulierem circumducendi, etc., de quo

VERS. 5. — NEMQUID NON HABEMUS, etc., sororem mulierem, id est, christianam matronam. Eam quippe fuisse apostolorum consuetudinem, ut divites feminas comites haberent, quibus necessaria vite subministrantibus, ipsi securis atque expeditibus Evangelio vacarent. Ac sanè ad hunc intellectum cogit exemplum Christi. Nam de eo refert Luc., cap. 8, quod cum secute mulieres alique ministrabant ei de facultatibus suis. Hoc autem erant mulieres circumducere. Quo potissimum exemplo idipsum fecerunt apostoli.

Sicut et ceteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas? Fratres, id est, cognati Christi, scilicet Jacobus, Joannes, Judas, Ita Anselm. Imò Petrus princeps apostolorum et Ecclesiæ.

VERS. 6. — Aut ego solus, et Barnabas, etc. Pariter enim ad gentium conversionem Paulus et Barnabas missi fuerunt à Spiritu sancto, Act. 13. Hoc operandi, id est, faciendi quod ceteri faciunt, vivendi ex Evangelio et mulierem circumducendi.

VERS. 7. — Quis militat suis stipendiis unquam? Q. d.: Sicut æquum est militis alii et vivere suis stipendiis, vintorem pasci fructu suæ vineæ, pastorem lacte gregis quem pascit, ita par est præcones Evan-

in versu superiore? Sanè, sicut nobis omnibus par est conditio, ita et omnibus jura par, licet eis pariter non utamur.

VERS. 7. — QUIS MILITAT SUI STIPENDIIS UNQUAM?... Jus mulierem christianam circumducendi, teligisse contentus, multis argumentis probat jus ex Evangelio vivendi. Primò probat illud ad exemplis consuetudinibus humane. Sicut æquum est, ut miles stipendiis vivat, que à duce, cui militat, accipit; sicut æquum est, ut vintor de vineæ suæ fructibus comedat; et pastor de lacte gregis pascat: ita par et æquum est, ut præcones Evangelii et Evangelio vivant.

Observatio moralis.

Paritas est æqua: sed si cum divo Chrysostomo Pauli verba perpendamus, sic præconis jus probant, ut præterea sacerdotem duo doceant: Primum, quod debeat pugnare, laborare, vigilare. Pugnare contra vitia; laborare in vineâ Domini; vigilare super gregem suum. Hæbet ergo militis fortitudinem, agricolæ diligentiam, et curam pastoris. Secundum, quod oportet doctorem parvo solatio contentum esse, soloque necessario cibo, ait Chrysostomus. Non dixit Apostolus, quis militat, et non est dives? sed quis militat suis stipendiis? Neque dixit, quis plantat vineam, et aurum non colligit? aut fructum integrum non vindemiat? sed, ex fructu ejus non comedit? Neque dixit, quis pascit gregem, et de agnis non exeret mercaturam? sed ex ejus lacte non comedit? non ex agnis, sed ex lacte. Hæc attendant, qui omnia voluit exedere, et totum fructum vindemiare; D. Chrysostomus.

VERS. 8. — NEMQUID SECUNDUM HOMINEM HÆC DICO... id est, nunquid ad probandum quod dico, humana tantum mihi suppeditantur argumenta; divina verò mihi desunt testimonia? NONNE ET LEX HOC ETIAM DICIT? Probat ex lege Moysis.

VERS. 9. — SCRIPTUM EST ENIM IN LEGE MOYSI... Deuter. 25: NON ALLIGABIS, capistrabis, infrenabis. Mos erat in Palestinâ, sicut et in aliis multis regionibus Orientis et Græciæ, grana segetum ungulis boum, ex aristis excutere. Tenaciores autem aliqui ora boum infrenabant, ne de frugibus, quas terebant, eoderent: gelli vivere ex Evangelio, puta ex suâ vineâ, scilicet Ecclesiâ, et ex suo grege, id est, christianorum bonis, sumptus et alimoniam accipere.

VERS. 8. — NEMQUID SECUNDUM HOMINEM HÆC DICO? Nunquid hæc dico ex humano et carnali affectu, tanquam mihi meisque commodis consulere volens? Minime. Quin verò illa ipsa ex lege divinâ stabili et communio, an et lex hoc non dicit?

VERS. 9. — Scriptum est enim in lege Moyi (Deut. 25): Non alligabis os bovi trituranti, quia nimirum par est ut animalia laborantia comedant; mos enim erat apud Orientales, ut et hodie in quibusdam Galitiæ locis, boum operâ ut ad fruges pedibus triturandas. Qui verò tenaciores erant boum ora obligabant, ne de frugibus quas terebant eoderent. Quod erat inclementiæ ejusdem et injustitiæ, quam lex inhibet.

Nunquid de bobus cura est Deo? Q. d.: Præcipua cura Dei in hac lege non fuit boum, sed alius quid spectavi, videlicet nos, et nostri similes, qui sumus boves typti, laborantes, et triturantes in agro et arêâ dominicâ, ex Evangelio posse vivere. Et hoc est quod subdit.

et quia hoc erat curatum inclementia, et, ut ita loquar, injustitia: æquum est enim, ut animalia laborantia comedant: hinc Deus vetuit capistrari, seu capistro occidi ora beum triturantium. Ex hac lege ratiocinatur Apostolus ad scopum suum, dicens:

**NUMQUID DE BONIS CURA EST DEO?** Non dubitat Paulus divine providentiae de omnibus omnino curam esse: hoc enim fides docet, Matth. 10, 29; sed petit an Deus ita boves diligat, ut propter eos legem hanc principaliter ferat; an verò præterea Deus hanc legem ferens, alius quid aspiciat, scilicet boves mysticos, apostolos, aliosque ministros suos in arca sua triturantes? Hoc explicat in sequenti versu.

**VERS. 10.** — **AN NON PROPTER NOS UTIQUE. GRÆC.** omnino, id est, præcipuè. Vide paraphrasim. Respondet sibi affirmativè, dicens: **NAM PROPTER NOS SCRIPTA SUNT**, id est, ita sanè propter nos apostolos, aliosque Dei ministros, id scriptum est principaliter. Itaque duo sunt attendendi sensus in hac Dei lege, litteralis scilicet et mysticus. Litteralis est de bobus; mysticus verò est de apostolis, eorumque similibus, qui in arca Domini laborant. Litteralis quidem primus sensus est: mysticus verò primarius est, principaliter à Deo intentus. Legem itaque ferens Deus de bobus triturantibus, ne capistrarentur; voluit significare eos, qui in sua arca laborant, non debere infrenari, id est, posse ex Evangelio vivere. Argumentatur ergo hic Apostolus à minori ad majus; quasi diceret: Si Deus consulit de bobus, quanto magis servis suis, hominibus laborantibus, consulit esse voluit? si bovem voluit de sua triturâ vivere, quanto magis Evangelii ministrum de Evangelio? Hoc præterea ostendit, multum esse debere doctorum laborem, ait divus Chrysostomus, utpote qui bobus triturantibus, seu frumentum à paleâ separantibus, assimilantur. Ostendit etiam quòd quæ de brutis scripta sunt, ea præcipuè propter hominum doctrinam scripta sunt; v. g., hic Judæis præcepit, etiam in jumentis misericordiam exercere; ut eam in homines multò magis exercerent.

**QUONIAM DEBET IN SÆ, QUI ARAT ARARE...** Nova videtur esse probatio, ratione scilicet in Scripturis, et in naturâ rei, fundatâ; quasi diceret: Quandoquidem qui arat, cum spè messis participandæ arat; et qui

**VERS. 10.** — **An non propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, q. d.:** Si vos vivit et triturat: ergo multò magis apostolus ex Evangelio. Ita Tertull.

**Quoniam debet in spè arare qui arat.** In spè, id est, cum spè, sperans scilicet mercedem. Ergo predicator sperare potest alimoniam ex sua predicatione, et qui triturat in spè fructus percipiendi.

**VERS. 11.** — **Si nos vobis spiritualia seminavimus, etc.** Spiritualia vocat doctrinam evangelicam, et Sacramenta per Spiritum sanctum efficaciam, quibus anima pascitur. Carnalia vero dicit alimenta ac cætera subsidia, quibus caro, id est, corpus nutritur atque fovetur.

**VERS. 12.** — **Si alii potestatis vestra participes sunt, quare non potius nos? Potestatis vestra, id est, juris sui, quod habent in vos; q. d.:** Si alii usi sunt jure accipiendi alimoniam quod habent in vos, cur non et ego uti possim?

**Sed non usi sumus hæc potestate** (jure accipiendi sti-

triturat, cum spè participandæ trituræ triturat. Junge quod sequitur.

**VERS. 11.** — **Si nos vobis spiritualia...** Magnūne erit, si nos, qui spiritualia vobis seminavimus, carnalia metamus? Rursus argumentatur à minori ad majus; ab hominibus terram colentibus, et terrenâ curantibus, ad homines animas docentes, et celestia, æternæque bona procurantes. Ille rursus indicat multum doctorum laborem, ait divus Chrysostomus, arant, serunt, triturant.

**VERS. 12.** — **Si alii potestatis vestre participes sunt...** iterum à minori ad majus. Si alii, qui per Evangelium in Christo vos non genuerunt, patresque vestri non sunt; hoc tamen jure fruuntur in vos; quanto magis nos apostoli, et patres vestri? Doctores quosdam falsos denotat, qui impudenter, et cum auctoritate accipiebant ab ipsis: hinc non dixit, si alii accipiunt, etc., sed **si potestatis vestra participes sunt**, hoc est, dominantur, et imperium exercent in vos. Theophylactus divum Chrysostomum secutus.

**SED NON USI SUMUS HAC POTESTATE, etc.** Sed nos hoc jure non usi sumus: sed omnia potius incommoda perferimus, ne quod demus impedimentum Evangelio promovendo; id est, ne demus occasionem obloquendi, et in vulgus spargendi, non animas quæ à nobis, sed divitias; hisque rumoribus retardaretur Evangelii promotio. Ditiore erant Corinthii quam largiores: hinc, ne fieret eis onerosus, hoc modo noceret Evangelio; id est, ne præterea retardaretur eorum catechesis et institutio, noluit ab eis quidquam accipere. Hæc nos audiamus, o dilecti, ne despiciamus eos qui offenduntur; nec aliquam offeramus offensionem Evangelio Christi, ne nostram prodamus salutem, ait D. Chrysostomus. Et Paulus quidem esurit, ne offensionem daret Evangelio: nos autem, ne superflua quidem nostra audemus attingere; videntes innumerabiles animas evertendas. Vide hic divum Chrysostomum, egregiam moralitatem in immiseri cordes urgentem.

**VERS. 15.** — **Nescitis quoniam qui in sacrario...** Probat exemplo ministrorum templi Jerosolymitani; nimirum pontificis, sacerdotum et levitarum, qui in templo deservientes, vivebant ex victimis in templo pendium, sed omnia sustinentes: Omnia mala ex non usi potestatis autedictæ provenientia: nempè famem, sitim, frigus, nuditatem, vigiliam, manuum laborem: cuiusmodi in 2 Epist., cap. 6 et 11, recenset.

**Ne quod offendiculum demus Evangelio Christi, q. d.:** Ne accipiendo samptus, demus occasionem, quâ homines tenaces et indiscreti abutantur, ut remorentur Evangelium, illicque obloquantur.

**VERS. 15.** — **Nescitis quoniam qui in sacrario, id est, in templo, arant, id est, sacris funguntur, aut subserviunt, ut sacerdotes et levite, quæ de sacrario sunt, id est, hostias, aut templi proventus, puta decimas et primitias, participant et edunt?** Nota operantur. Sacerdotum enim erat jugulare, excoarare, secare, coquerere, comburere victimas, quod operosum est, estque aliis opus lanionum.

**Et qui altari deserviant, cum altari participant?** Sensus, eos qui assistunt altari sive ipsi sacrificia offerentes, sive offerentibus ministrantes, suas accipere partes ex oblati.

oblati, quas cum altari participabant, id est, participant; quia ignis absumebat partem quæ Dei erat; ministrari illis edebant partes quas illis lex concedebat. Levit. 7, 6; Deuter. 18, 4.

**NESCITIS QUONIAM QUI IN SACRARIO, id est, templo, operantur, sacra scilicet ministeria obsecunt: quæ de sacrario sunt, id est, de templi oblationibus edunt.**

**ET QUI ALTARI ASSISTUNT, sive ipsi sacrificantes, sive illorum ministri, suas ex oblati victimis partes accipiunt.**

**VERS. 14.** — **ITA ET DOMINUS ORDINAVIT...** Quod Deus in lege veteri statuit, hoc et Christus ordinavit in novâ, jus dedit apostolis suis et divini verbi ministris, ut Evangelium predicando, vivant de Evangelio, Matth. 10, 10; Luc. 10, 7; tunc autem id traditione notum erat. Nota, vivere, non thesaurizare, ait divus Chrysostomus, ut ostendat nihil accipiendum præter vitæ necessaria. Ordinavit autem, non precipiendo, ut accipiant; nec enim divus Paulus accepit, sed jus et potestatem accipiendi dando. Hic notat Estius quòd religiosi medicantes, qui gratis evangelizant, Pauline perfectionis sint imitatores.

**VERS. 15.** — **EGO AUTEM NULLO EOREM USUS SUM.** In his verbis concipit quamdam omnium predicatorum recapitulationem, et ad suum scopum applicationem; quasi diceret: Licet, ut lactentis ostendi, tot sint argumenta, hanc mihi facultatem concedentia, nullo tamen horum usus sum, id est, nullo persuasus sum, ut hæc potestate uter. Hinc nec alimenta, nec quidquam aliud à vobis accipio; idque, ut v. 12, dixi, ne darem offensionem Evangelio, id est, ne vel minima per me contingeret Evangelii retardatio. Quia autem hæc scribit Apostolus; ut exemplo suo Corinthios doceat, idololatria cum fratrurn scandalo comedentes, restat hic apostolice facti comparatio faciendâ cum Corinthiorum illorum facto. Ego Paulus egens, omniaque vitæ incommoda sustinens, à necessariis, et aliunde mihi debitâ, diu et magno cum labore abstinui; ne vel paululum retardarem Evangelii cursum; et vos ne ab inutili quidem vobis idololityo abstineretis, ne fratres vestros scandalizetis, et ne hoc cibo vestro percat infirmus frater.

**NON AUTEM SCRIPTI HÆC...** Ne verò suspicentur Corinthii, quòd hæc dicit Paulus, ut saltem in posterum

**VERS. 14.** — **Ita et Dominus ordinavit itis, etc.** Dignus enim est operarius cibo suo, Matth. 10, Mercede sua, Luc. 10.

**VERS. 15.** — **Ego autem nullo horum usus sum.** Ac si dicit: Pro potestate meâ non certavi argumentis, cum apud vos essem, sed magis eam dissimulavi, sustinens inedia, meque meo labore transgens: quemadmodum scribit in 2 Epist., cap. 11: **Cum essem apud vos, et egerem, nulli onerosus fui.**

**Non autem scripsi hæc, ut ita fiant in me; ac ne nunc quidem ideo hæc scripsi, ut similiter erga me fiat; sed ad hoc, ut ostendam quòd initio proposui, me tanquam apostolum Christi et ministrum Evangelii, jus et potestatem habere vivendi ex Evangelio.**

**Bonum est enim mihi magis (melius est) mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Gloriam meam, evangelizandi scilicet sine sumptibus. Porrò gloriam seu glorificationem eam intelligit, quâ gloriahatur adversus**

ipsi necessaria dentur, hanc suspicionem refellit, dicens: Non usus sum, sed nec modò, nec in futuro uti volo. Jus quidem meum non ignoro; jus meum vobis ostendo: sed nec eo sum usus, nec unquam uti volo. Abraham, Genes. 14, v. 23, nihil accipere voluit de reddâ bello partâ, ne dicas: *Ego ditavi Abraham.* Paulus ne alimenta quidem vult à Corinthiis pro tot et tantis laboribus accipere.

**BONUM EST MIHI MAGIS MORI, QUAM UT GLORIAM MEAM...** Græc., *quàm glorificationem, etc.* Ego fame perire majim, quam ut quis evacuet, id est, vacuam et vanam reddat gloriam meam, scilicet sine sumptibus, et gratis predicare, ut explicabit v. 18.

**GLORIAM POST, ut gaudii excessum ostendat; Theophylactus post D. Chrysostomum.** Ne quis suspicetur, quòd mereas et ligens non acciperi; tantum, inquit, absum à morere, ut gloria ducam; Athanasius, idem divus Chrysostomus, Theophylactus.

**VERS. 16.** — **NAM SI EVANGELIZAVERO, NON EST MIHI GLORIA...** Explicat quid, seu quæ sit illa gloria. Nam est Evangelii predicatio? Non, quia mihi necessaria est; gravi Domini præcepto injuncta, et taliter injuncta, ut nisi obidero, v. 8, mihi sit, maneat me poena, tanquam gravi Dei præcepti transgressorem. Itaque sensus est: Evangelii predicatio, ob Domini præceptum, est mihi quoad rem necessaria;

**VE ENIM MIHI EST...** Etenim maledictionem Dei incurro, si non predicavero. Recordamini Ionæ Deo resistentis; mihi quòd pejus imminet, si Domini præceptum de predicando Evangelio non impleo. Solum mihi restat opio circa predicandi modum; scilicet, ut vel lubens et voluntarius, et gratis predicem; vel ut invitus, reluctans, et quasi coactus.

**VERS. 17.** — **SI ENIM VOLENS HOC AGO...** Si lubens, volens. Græc., *volens, voluntarius*, gratis et liberaliter predicem, mercedem, non qualemcumque, sed singularem et eximia habere. Scilicet mercedem non tantum operis præcepti, sed gloriam operis indebiti, supererogati et heroici; nimirum gratis predicare.

**SI AUTEM INVITES. GRÆC.,** *esse, non ultroneus*, non sponte meâ, non liberaliter et gratis predicem; sed reluctans, vel quasi coactus, seu Dei præcepto, seu meta poenæ; mihi quidem tantò pejus; illâ enim singulari gloriâ et mercede eximia carebo. Predicandum

psendoapostolos, qui Corinthiis graves erant et sumptuos.

**VERS. 16.** — **Nam si evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit, scilicet evangelizandi.** Necessitatem intellige ex præcepto Christi.

**Ve enim mihi est, si non evangelizavero.** Hinc patet gravi præcepto præceptum fuisse apostolis, Matth. 28, ut evangelizent et doceant omnes gentes: adeo ut si neglexissent evangelizare, peccassent mortaliter: tibi enim intendantur vae ira Dei et gehennæ.

**VERS. 17.** — **Si enim volens hoc ago, mercedem habeo.** Si voluntarius, liberaliter, et gratis predicem, habeo non qualem qualem mercedem operis præcepti, scilicet predicationis, ut alii apostoli, sed mercedem per excellentiam, scilicet copiosam gloriam operis indebiti et heroici (quale est gratis predicare) animique sponte sua tam liberalis apud Deum.

**Si autem invitus, id est, si non ultroneus, nec libe-**

tamen, quia dispensatio mihi credita est. Græc., *dispensationem creditam suscepti*, id est, et mihi credita et commissa Evangelii dispensatio; et creditam dispensationem suscepti: itaque predicandum necessarium. Si autem sic necessitate compulsus prædico, dispensationem mihi creditam adimpleo quidem, officioque meo fungor: sed non est quod inde glorier, facio quod deo, et quod facere jussus sum; servus sum inutilis. Hinc mihi nulla singularis gloria; præcepti tantum operis mercedem habeo.

VERS. 18. — *QUE EST ERGO MERCES MEA?* id est, singularis gloria, ut Evangelium prædicans sine sumptibus... id est, si non gratis, quod gratis accipi: si Evangelium gratuitum, Græc., à sumptibus immune, sine impensâ prædicem: et si in Evangelio predicando non utar potestate mea, scilicet jure necessaria exigendi.

NON ABUTAR, id est, omnino utar. Simplicem usum appellavit abusum, ait Theophylactus; non utar, non perutat potestate meâ, etc. Vel non abutar; quasi diceret: Si propter Evangelii promotionem, hominumque salutem, non faciam quod licet quidem, sed quod non expedit; tunc enim libertatis est abusus. Tangit doctiores, suâ scientiâ et potestate abutentes; quasi diceret: Et vos discite non facere quæ licent quidem, sed quæ non expedit; id est, vestrâ non abuti libertate ac potestate, cum inferiorum scandalo idolothya comedentes. Illos doctiores Corinthios Paulus hucusque suâ à necessariis ipsis abstinentiâ, docuit ab inutilibus idolothytis abstinere. Omnia enim superflua dicta efficaciter dicunt: Ego Paulus, apostolus vester, abstini, non à licitis tantum, sed et à necessariis; idque diu, et magno cum labore, omnia vitæ incommoda sustinui, ne cujusquam vestrum instructionem et conversionem retardarem. Illius rei vos testes estis, ô Corinthii, apud quos esuriens et manibus meis laborans vixi. Hinc ergo discite saltem à rebus vobis inutilibus abstinere, ne scandalum inferioribus præbeat. Sed hoc non contenti, discite altero exemplo non tantum scandala non dare; sed et omni modo proximorum salutem promovere.

raliter aut gratis prædicem, sed quasi coactus præcepto Dei, vel metu poenæ. *Dispensatio mihi credita est*; q. d.: Tunc non habeo gloriam illam singularem, sed neque peccō, quia officio fungor meo, et facio quod jubor. Nam commissâ est mihi et demandatâ hæc dispensatio sive administratio Evangelii.

VERS. 18. — *Quæ est ergo merces mea?* gloriosa illa, et singularis jura dicta. Nota. Merces ponitur hic pro merito, sive opere heroico, et meritorio magne mercedis, per metonymiam.

Ut Evangelium prædicans, sine sumptu ponam, tradam et annuntiem Evangelium, sine sumptu, ac si dicit, insumptuosum, hoc est gratuitum. Sic enim loquitur ipse Paulus in Epist. 2, cap. 11: *Gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis*. Sensus: Ita demum mercedem se præsumunt boni doctores à Deo expectari, si prædicans Evangelium Christi, sumptus ab aliis quibus prædico non accipiam. Hoc est enim Evangelium ponere se facere insumptuosum atque gratuitum. Nam ponere pro facere frequens est in sacris Litteris. Ut non abutar potestate meâ in Evangelio. Abutar, id est, inquit, omnino utari omni jure meo. Significat ergo se contentis teneri ad ponendum sine sumptu

VERS. 19. — *NAM LIBER CUM ESSEM.* Græc., *liber existens*, id est, liber cum sim, aut cum essem. Hic versus refertur ad primum hujus capituli versum, ubi dixit, *non sum liber?* et sensus est: Cum mei juris essem, ab omnium hominum servitute liber; nulli mortalium, sive Judæo, sive Græco obnoxius, aut mancipatus. Sponte meâ omnium hominum me servum feci; omnibus, et Judæis et gentilibus memetipsum subjeci, quasi mancipium, ut eò plures Christo lucrificarem, faceremque salvos. Ecce factum, seu charitatis exemplum, priori facto longè majus et difficilius. Non solum à vobis nihil accipi; non solum hoc meo jure apud vos non sum usus, ne vestre instructioni in fide remoram ponerem: sed omnium hominum salutis amore et zelo pressus, omnium me servum dedi: Non uni tantum homini servivi, sed universo orbi; non unâ tantum servitute, sed omnimodâ. Ita ferè sanctus Chrysostomus.

VERS. 20. — *ET FACTUS SUM JUDEIS TANQUAM JUDÆUS.* — *ET FACTUS SUM JUDEIS TANQUAM JUDÆUS.* Varios assignat servitutis suæ modos. Cum Judæis religione, seu judaizantibus, factus sum tanquam judaizans, seu religione Judæus, ut eos Christo lucrarer, et salvos facerem. Exempla vide Act. 21, v. 24, 25, 26, ubi rasus est, purificatus, et quæ ad purificationem obtulit.

VERS. 21. — *IS QUI SUB LEGE SUNT...* Explicat et extendit priora verba, proselytos addens genere Judæis; *is qui sunt sub lege* Mosaicâ, sive Judæis, sive proselytis, id est, omnibus legem Mosaicam servantibus, similem me exhibui, legem servavi, quamvis probè scirem eâ me non adstringi. Legalia servabat, ubi prodesse, et expedire judicabat. Exemplum vide Act. 16, 15, ubi circumcidit Timotheum, ut everteret circumcissionem, ait divus Chrysostomus.

IS QUI SINE LEGE SUNT... Græcè, *ex legibus, ut exlex*, id est, is qui legem Mosaicam non habent, nec servant; id est, omnibus aliis, extra Judæos et proselytos, factus sum quasi legem non habens; is me assimilavi, legem Mosaicam non servavi.

CUM SINE LEGE NON ESSEM. Græc., *non existens exlex Deo*, sed *inlex Christo*. Hoc addit, ne quis malè inter-

Evangelium, ne in Evangelio predicando, potestate suâ, quâ sumptus accipere poterat, abuteretur.

VERS. 19. — *Nam cum liber essem ex omnibus* (ab omnibus); q. d.: Cum nemini essem obstrictus, omnium tamen me servum feci, ad omnia me demisi, etiam ad inopiam et famem, omnium infirmitatibus me accommodavi, etc.; ut plures lucrificarem, id est, ut quam plurimos acquiram Christo, salvosque faciam.

VERS. 20. — *Et factus sum Judæis tanquam Judæus*, etc. Judæis, inquit, cum quibus mihi conversandum fuit, factus sum tanquam Judæus, id est, similibus illis, intellige quosdam actiones quasdam et observationes exterioriores, velut circumcidens Timotheum, tendens sibi captum cum voto secundum legem, ac rursus ex voto sese purificans, diesque purificationis in templo cum oblationibus annuntians, Act. 16.

VERS. 21. — *Is qui sub lege sunt, quasi sub lege essem* (cum ipse non essem sub lege), id est, cum probè scirem legem Mosaicam non teneri, ut eos qui sub lege erant lucrificarem, nempe Christo, ad ejus fidem illos adducendo. *Is qui sine lege erant, tanquam sine lege essem*, quasi sine lege fuerit; quomodo gentiles Dei legem omnino non servantes (cum sine lege Deî non

pretetur quod dixit ut exlex, *is qui sine lege sunt*, quasi reverà pro libito vixerit, seu ut impius. Licet coram Deo sine lege non sim, quippe qui Christi legem servo et exleges, id est, gentiles, lucrificarem.

VERS. 22. — *FACTUS SEM INFIRMIS INFIRMUS...* ipsis scilicet in animo compatiens, eorum scandala vitans, ac propterea legales quasdam observantias exerceens, ab idolothytis abstinens, etc.

OMNIBUS ONIA FACTUS SUM... Uno verbo omnibus me attemperavi; in omnes me formas verti, quantum permittit Deus, et exigit salus proximi, omnibus me similem exhibens, ut OMNES SALVOS FACEREM.

Græc., *ut omnino aliquos servem*, quod divus Chrysostomus, Teophylactus, Theodoretus vertunt, ut paucos saltem aliquos facerem salvos; miranturque D. Pauli zelum, qui vel unius gratiâ, omnem laborem suscepit. Ita disertè Theodoretus. Sed, ut bene notat Estius, juxta nostram lectionem, quomam etiam sequitur Syrus, *ut omnes servem*; non minor est Apostoli charitas, qui omnibus omnia factus sit, omnium studens salutem; id est, circa singulos quosque, excluso nemine, hoc agens, ut salvi fiant.

#### Observatio moralis.

Hic cum divo Chrysostomo mirare Apostoli nostri demissionem et accommodationem; qui tantus in se cum esset, omnibus omnia factus est, etiam exlegibus et infirmis. Cum eodem Chrysostomo mirare hujus apostolicæ demissionis effectum. Paulus, inquit, solus descendit: ascendit autem cum universo orbe terrarum (quem scilicet suâ charitate lucratus est). Imitare Pauli demissionem, quisquis sis, hoc quoque fac, ait Chrysostomus: nec te existimes dejecti et decidere, cum sis summus, si propter fratrem sustineris aliquid humile et abjectum: si se descendas, ascendes cum multo lucro. Ut imiteris, discere ex divo Chrysostomo quomodo descendit Apostolus, seu omnibus omnia factus sit. Non simulans, simulator enim querit exitum; simulat ut accipiat, non ut det: Paulus verò non sic, sed tanquam medicus, tanquam magister, tanquam pater. Ille quidem tanquam egrotus; hic verò tanquam discipulo; alter verò tanquam

essem, sed in lege essem Christi). Sensus est: Cum tamen reverà non sim nec vivam sine lege Dei, sed observem legem Christi cum sum obnoxius. *Et lucrificarem eos qui sine lege erant*, hoc est, gentiles.

VERS. 22. — *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificarem.* Omnibus omnia factus sum, non mentiens, vel peccantis actu, sed compatiens affectu, ut omnium moribus me contemperans, quantum honestas et Dei lex patitur, omnium morbis mederi possem, ut omnes facerem salvos; per quod declaratur magna charitas apostoli Pauli, quod omnium servum se fecerit, ut ex omnibus saltem aliquos, etsi paucos, ad salutem perduceret.

VERS. 25. — *Omnia autem facio propter Evangelium*; etc., ut nimirum fructum prædicati Evangelii suo tempore percipiam, et participem cum aliis prædicatoribus, hoc est, ut unâ cum illis assequar eâ bona quæ promittit Evangelium.

VERS. 24. — *Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium?* q. d.: Ideo sine sumptu Evangelio, ideò omnibus omnia fio,

S. S. XXIV.

filio se demittit, ad correctionem, non ad damnum; ita etiam hic quoque; D. Chrysostomus. Ardens sanctorum charitas pro suâ et aliorum salute facit, quod cupiditas et passio vehemens peccatorum fuit pro suâ et aliorum perditione; charitate sancti hinc omnibus omnia; cupiditate mali simulat omnia: illi ut salvent, hi ut perdant, sancti Christum imitantur, peccatores diabolum.

VERS. 25. — *OMNIA AUTEM FACIO...* *Hæc autem omnia feci, et facio propter Evangelium* facilius, celerius et latius promovendum; seu propter faciliorem, expeditiorem et diffusivorem fidei propagationem. Hæc ratio convenit cum allatâ v. 12: *Ne quod offendiculum.*

UT PARTICIPEM, Græc., *comparticeps* EIUS EFFICIAM id est, et ut Evangelio longius et abundantius à me disseminato ac propagato, fructum ejus cum aliis fidelibus in æternitate percipiam; seu fiam cum aliis fidelibus consocius et comparticeps præmii, quod nobis Evangelium promittit. Attende humilitatem; qui primas meruit in bonorum communicatione, se simpliciter fidelibus conjungit, ait Theophylactus post Chrysostomum. Eximia hæc D. Pauli charitas, cuius et testes fuerant Corinthii, ad imitationem ipsos efficaciter incitat, scilicet ut et ipsi proximorum salutem omni modo serviant: sicque laborantes, contendant præmium fidelibus ab Evangelio promissum obtinere. Hoc quoque sue charitatis exemplo quasi dicit: Hinc et vos discite proximi saltem amare; eam non modò vestris scandalis non retardare: sed et omni modo pro vestris viribus promovere. Sed ut pressius adhuc urgeat, sue charitatis exemplum jungit appositam et valde congruentem similitudinem.

VERS. 24. — *Nescitis quod hi qui in stadio...* Dixi quòd hæc ideò feci et facio, ut particeps sim præmii, quod promittit Evangelium. Dico et tacite quòd vos similiter agere debetis: nec sine causâ utramque dico. Hujus enim vite cursus stadium est, in quo currunt omnes, et ad præmium in Evangelio promissum contendimus. Scitis autem quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed non omnes bravium accipiunt, sed illi qui cursum ritè et legitime perficiunt: sic et omnes christiani currunt

ideò laboro; quia in stadio hoc curro, quia ad bravium concerto pro præmio, sicut primo et maximo. *Unus accipit bravium*; q. d.: Sicut in stadio, ita in viâ et viâ christianâ non omnes currentes accipiunt bravium, sed tantum bene et ritè currentes ad metam usque. Sicut in stadio, qui rectè currit accipit bravium, sic et qui rectè currit in christianismo, coronam gloriæ accipit.

*Sic currite ut comprehendatis*, scilicet coronam gloriæ et bravium victoriæ. Vox sic, notat rectitudinem, diligentiam, celeritatem, et perseverantiam, quæ maxime in cursu ad bravium requiritur. Talis fuit cursus Christi, quem omnes christiani imitandum sibi proponere debent. Quidam enim currunt bene, sed in bono cursu non perseverant: quales Galatæ, quibus ait cap. 3: *Currebatis bene*; quos tamen in illo cursu querit impeditos. Undè et hic paulo post de seipso loquens, affirmat se currere, laud dubium bene: et tamen adhuc se castigare corpus suum dicit, he fortè cum aliis prædicaverit, ipse reprobus fiat. Constat igitur ex hoc Scripturæ loco, quemadmodum

(Dix-sept)

quidem, at non omnes premium Evangelii reportant, sed ii tantum, qui bene et legitime iuxta Evangelium currunt usque in finem.

Sic CURRITE, ut COMPREHENDATIS. Sic ergo currite, sic vivite, ita vite vestre cursum dirigite (scandala vitantes, proximo ex charitate servientes, de hoc enim semper est questio), ut aeternum vite premium reportetis. Vel sic currite, ut in curso primi sitis, et egregium assumamini premium. Agitur enim de premio ultimo, de quo v. 18.

STADIUM, locus in quo currendum : hinc cursores stadiodromi.

BRAVIUM, seu brabeum, premium victoribus destinatum. Palmam unus accipit apud stadiodromos : apud nos, omnes illi qui legitime currunt. Comparatio itaque fit in eo, quod non omnes accipiunt : non in eo quod vivunt.

VERS. 25. — OMNIS AUTEM QUI IN AGONE... Græc., omnis agonizans, per omnia temperans est. — Alludit ad agones Olympicos, aliaque Græcorum certamina, et maxime Isthmia, quæ celebrabantur Corinthi. De his vide Cornelium, Trinum. Docet itaque modum quo possint bravium apprehendere ; omnis qui in cursu, aut pugilatu certat, per omnia temperans est ; ABSTINET AB OMNIBUS que vires aut velocitatem corporis possent minuire, eumque in agone impedire. Servabant temperatissimum victis rationem, abstinentes à superfluis, et delicatioribus cibis, contenti certo quodam ac demenso, seu necessario victu. Vide Cornelium à Lapide. Abstinit venere et vino, ait Horatius citatus à Grozio.

ET ILLI QUIDEM, UT CORONAM CORRUPTIBILEM..., momentaneam ac brevi perituram, ex oleastro, aut piceâ, aut lauro.

NOS AUTEM INCORRUPTAM... Quidni et nos christiani, ut immarcescibilem et aeternam coronam habeamus ; abstinentibus à multis, quamquam licitis, vitiis nobis faciamus, ut aliqua, quamvis difficilia, operemur ad nos-tram, et aliorum salutem ? Multum dispar donum est, ait Ambrosius : ac per hoc vult diligentiores nos esse debere, quibus non terrenis et marcescibilibus floribus ; sed aeternis conserta gemmis, in modum regalis diadematis, spiritalis corona servatur. Am-

ex multis aliis, veram justitiam amitti posse : quod negant hereses novæ.

VERS. 25. — Omnis autem qui in agone contendit, id est, agonizans, in agone decertans, gymnasticam exercens, ab omnibus, scilicet eum in agone impediendis, se abstinet. Græcè : Per omnia temperans est et abstinet. Et (ut Cyprian.) continens. Addit Clemens Alexandr. athletas abstinuisse venere. Sicut enim libido corpus debilitat, enervat et exhaurit ; ita continentia et castitas roborat corpus, ac multo magis mentem. Et ita hoc Apostoli dictum : ab omnibus, id est, ab omni libidine se abstinet.

Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, id est, premium aliquod temporale ac periturum : Nos autem incorruptam, id est, aeternam coronam, in cælo repositam illi qui bene certaverint et cursum consummaverint.

VERS. 26. — Ego igitur, sic curro, etc. Pugno, id est, prelori in bello, inquit S. Thomas, id est, pugilem ago, pugnis certo, non quasi aerem verberans,

brosius. Modus itaque quo possimus hanc apprehendere coronam, est si abstinemus, si vim nobis faciamus, si ex charitate proximorum saluti studeamus ; cõque libentius, quò gloriosior nobis corona proponitur.

VERS. 26. — EGO IGITUR SIC CURRO. Rursus se in exemplum proponit, et exemplo suo modum currendi docet et pugnandi. Stadiodromus, seu cursu certans in stadio, qui vult bravium reportare, non divertit in cursu, quasi qui nullum scopum habet, sed rectè currit ad metam destinatum, ut ibi coronam ex edito appensam, et certantibus propositam, currendo manibus apprehendat.

Ego igitur more stadiodromorum sic curro, in evangelico ministerio, non in incertum, huc et illic, in quamlibet partem, sed rectè, celeriter, totoque nisu tendens ad scopum, ut coronam expositam apprehendam.

Sic PUGNO, NON QUASI AEREM VERBERANS. Græc., *percutis, pugnis ago*, pugilem more decerto. Pyetes, seu pugil, aerem sæpè verberat inani ictu, et incasso conatu, quem vitat adversarius. Non sic ego pugno in Evangelii palæstrâ, non inaniter aerem verbero : non temerè, inconsideratè pugno, sed certis et destinatis ictibus hostem meum ferio. Quis ille ? corpus meum.

VERS. 27. — SED CASTIGO CORPUS MEUM. Græc., *obtundo, frivolum facio*. Sed corpus meum, spiritus adversarium, castigo, obtundo, ictibus frivolum facio, id est, multis incommodis afficio, labore manuum, fame, siti, etc.

ET IN SERVITUTEM REDIGO, ut servum ago, ac mihi subiectum teneo. Pugil victor adversarium victum trahebat, ut servum ; ita Paulus de suo corpore victo et edomito triumphabat. Corpus esse castigandum, multis sanctorum Patrum exemplis et autoritatibus probat Cornelius à Lapide. Idem notat solos sanctos austerioris vite miraculis claruisse.

NE FORTE CUM ALIIS PRÆDICAVERIM, viamque salutis ostenderit ; ipse salute indignus inveniat, et à Deo tanquam reprobos ejiciat. Versu 25 dixit : *Ut particeps efficiar Evangelii...* ; hic per oppositionem, ne salute indignus efficiar. Coherent omnia. Paulus metuit damnari : Calvinus credit fide se salvandum.

id est, frustra et inaniter laborans : sed hostem verbero, scilicet corpus et carnem meam subigo, quâ subactâ faciliè duo reliqui hostes, scilicet dæmon et mundus, subiguntur.

VERS. 27. — Sed castigo corpus meum : Castigo, id est, subigo, coerco, contendo. Irenzi interpret, lib. 3, cap. 72, vertit : *Lividum facio corpus meum*, id est, siccum et squalidum reddo, ut intelligas Paulum fame et inediâ corpus suum attenuare et affligere. Et in servitutem redigo, id est, ut servum ago, ac subiectum mihi teneo : sic tracio ut cogar et assuescat servire. Jam quomodo corpus suum castigaverit, et in servitutem redegerit, alibi significat, ut illis verbis 2 Epist. cap. 6 : *In laboribus, in vigiliis, in jejuniis*. Porro castigatio corporis fit per jeunia, ciliçia, humiliaçiones, plagas, aliaque carnis macerationes et afflictiones. Hinc nonnulli censent Paulum corpori suo plagas et verbera inflixisse.

Ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobos efficiar, id est, reprobatus ; q. d. : Ne reprober et rejiciat à

Hoc exemplo suo, hisque similitudinibus, Corinthios, etiam in idolo epulatores perstringit, simul et eos ad sui imitationem excitat.

Sic curro rectè, celeriter, toto nisu ; utque velocibus curram, ab omnibus etiam sæpè necessariis abstinco : sic et vos mecum currite rectè, diligenter, perseveranter ; sic et mecum abstinete, non ab epulis et deliciis tantum, sed et in ipso necessario victu temperantes estote.

Sic pugno, sic adversarium meum corpus certis

Deo, cõloque excludat. Loquitur non de reprobatione aeternâ, quæ est in mente divinâ, sed temporali, quæ est executio aeternæ. Hinc patet incertitudo gratiæ et predestinationis. Paulus metuit damnari, tu fide credes te salvandum ? Secundo, hinc colligitur Paulum non habuisse revelationem de suâ salute ; ita S. Gregorius, lib. 6, epist. 22, ad Gregoriani ; tertio, non ita fuisse confirmatum in gratiâ, quin ab eâ excedere potuisset. Si Paulus hæc timuit (ait Chrysost.), qui iam

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad proximum redigenda.

Aliqua hic ad Dei et Ecclesiæ ministros spectatim attinet ; aliqua ad omnes in genere christianos : itaque.

1<sup>o</sup> Omnis Dei et Ecclesiæ minister attendat ad v. 4, 7, 10, 11, 12, 14, hincque ab Apostolo tria discat, munus suum, jus suum, iudicium suum. Munus, scilicet laborare, pugnare, vigilare, v. 4 ; arare, serere, triturare, v. 11. Jus, vivere, v. 14 ; vite necessaria recipere, v. 4. Iudicium et condemnationem suam, si otiosus, et iners, nec labore, nec pugnet, nec vigilet : vel si nec aret, nec serat, nec triturat. Si necessariis non contentus, quærat superflua ; si avarus congreget divitiâs ; si vanus et voluptuosus in vanis et deliciis ecclesiastica bona consumat. Vide dicta ad v. 4, 7, etc. Idem Dei et Ecclesiæ minister attendat ad v. 15, 16, 17, 18, hincque ab exemplo D. Pauli discat summam statûs sui perfectionem, scilicet gratis ministrare, nihilque ab hominibus accipere, ut Deus sit illius tota merces magna nimis. Attendat ad v. 19, 20, 21, 22, ut ibi ab exemplo D. Pauli discat alteram sui statûs perfectionem, scilicet ex charitate omnibus omnia fieri : sit medicus, magister, pater. Vide dicta ad v. 22.

#### CAPUT X.

1. Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt ;

2. Et omnes in Moysè baptizati sunt, in nube, et in mari ;

3. Et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt ;

4. Et omnes eundem potum spiritalem biberunt (bibebant autem de spiritali conseqente eos petra ; petra autem erat Christus) ;

5. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo ; nam prostrati sunt in deserto.

6. Hæc autem in figurâ facta sunt nostri, ut non

icitibus obtundo ; et sicque variis laboribus et incommodis victum et edomitum in servitutem redigo. Ita et vos mecum decertate, ita et corpus vestrum obtundite ; ita et deliciis privatum, laboribus fractum, agite ut servum, et teneat subiectum. Timeo ne reprobus efficiar. Et vos timeate ; recordamini Israelitarum ; quanta bona à Deo sunt adepti ; quanta delenda mala perpassi, et quot ex illis rejecti. Hæc figura sunt malorum vobis imminuentium, nisi Deo fideiores fueritis. Vide caput sequens.

multos docuit ; et timuit postquam predicavit, quid nos dicimus ? Augustinus, serm. 19 de Verbis Apostoli, citante etiam Bedâ : *Suo timore nos terruit. Quid enim faciet apus, ubi aries transit ?* Adde Gregorium Patrum affirmare apostolum Paulum hæc scribentem, quamvis iam ad portum cæli ascendisset, et in paradiso ductus areana verba audisset, que homini loqui non liceret, tamen adhuc trepidasse et timuisse ne à salute exideret.

2<sup>o</sup> Omnis et quilibet christianus assumat velut sibi dicta à versu 24 usque ad finem capituli, hincque discat, 1<sup>o</sup> quod vita christiana sit stadium et palæstra ; 2<sup>o</sup> quod unusquisque christianus stadiodromus sit et pugil : hinc in baptismo unctus fuit oleo ; 3<sup>o</sup> quod in hoc stadio et agone, antagonista noster sit caro, mundus, et dæmon : ita tamen, ut prima subactâ, subigantur et alii ; 4<sup>o</sup> quod bravium sit aeterna gloria ; 5<sup>o</sup> quod coliphium, seu panis athleticus, sit victus sobrius et jejuniis, abstinentiâ à deliciis ; 6<sup>o</sup> quod pugna sit virtutis exercitium, quod non peragitur sine conflictu interno et externo ; seu sine cordis mortificatione, et corporis castigatione. Nobis omnibus itaque pugnandum, nobis currendum. Ad exemplum D. Pauli sic curramus rectè, promptè, perseveranter, ut palmam tandem apprehendamus. Vide dicta ad v. 26, 27. In hoc cursu sistere, regredi est, et deficere, ait D. Bernardus, epist. 254. Ad exemplum divi Pauli sic pugnemus, sic obtundamus corpus nostrum ; sic subigamus inedia, vigiliis, ut victores aliquando coronari mereamur. Victo corpore, facile de mundo et dæmone triumphabimus.

#### CHAPITRE X.

1. Je ne veux pas que vous ignoriez, mes frères, que nos pères ont tous été sous la nuë ; qu'ils ont tous passé au travers de la mer Rouge ;

2. Qu'ils ont été baptisés sous la conduite de Moïse dans la nuë et dans la mer ;

3. Qu'ils ont tous mangé d'une même viande spirituelle ;

4. Et qu'ils ont tous bu d'un même breuvage spirituel ; car ils buvaient de l'eau de la pierre spirituelle, qui les suivait ; et cette pierre était Jésus-Christ.

5. Mais il y en eut peu d'un si grand nombre, qui furent agréables à Dieu, car ils périrent dans le désert.

6. Or, toutes ces choses ont été des figures de ce